





1762.

1. Schlösser, Joannes Georgius: De officio tutorum et curatorem circa lites pupillarem et minorem ad illustrationem reformat. Francofurtensium p. 7 f. 4. 59 et. 79.

1763.

2. Res, Joannes Ludovicus: Juris in libertatis splendidi nobilitate J. R. T. immediatam corporis status juris. Dehinc feudalis extensionem circa

1764.

1. Bauer, Joannes Fredericus: Dissertationes iuris-juridicæ sistens observationes ex jure Romano Germanico et exceptionem bellicam rerum mobilium potissimum versantes
2. Fankel, Joannes Christophorus: de restrictione auri juris Germanici apud Germanos in materia de donatibus -
3. Schütz, Christianus Sebaldus: De onere appellationis

4. Spidius, Georgii Christophori Albertini : De caetera
Germanicorum iuribus generis statutorum interpretatione

5. Voit a Berg, Christophori : De iure communi dabitur
aliquae difficultates definiendo.

1766.

1. Koles, Georgii Erasmi : De effectibus donationis prius
iurum aevi antiquioris

2. Meidel, Carolus Ludovicus : De iure intercessit lictum
publicum, quod imperatori usum J. R. T. videtur
persequi solet.

1767.

Altkius, Georgii Christophori : De successione conjugum
Nurembergae burgundicorum.

1768

Schaeffer, Josephus, de : De successione in hypothecum
ex pacto cum debitoribus inter.

1769.

1. Fuchsler, Anton Meandor: De liberis et atropae parente
et de nepotibus ad eos et paternos et maternos simul
vacandis

2. Harblich, Johann David Fridericus: De separatione bonorum
conjugatorum occasione divortii secundum Statuta Mucen-
sis.

1770.

1. Carl, Johann Tobias: De validitate testamenti
municipalium cum dotalis nominatis secundum
pro Noricum consueti

2. Dorn, Johann Laurentius: De acribus alienis
inter conjuges Norimbergenses communicatis
et illis h. ref. Nor. fol. 28. p. 1. et 6

1771.

1. Lugenheim, Johann Daniel: De testamentis judicandi
per repetitionem ad actis infirmato
2. Willen, Georg Andreas: De sanctionis Carolinae
Sen. aureae bullae autographo Norimbergensi ejusque
lectiombus varis.

1773

1. Haffner, Johann Bernhard: Oratio de politica
urbana academiarum saluti convenienter institua
quam rectoris munus auspiciaretur. habita.
2. Baum de Königskel, Theodor Johann: De praescrip
tione forensi in Camerae Ill. 7. simul coepta pro
scriptura in Saxia

1773.

3. Wigelis, Johann Conrad: De jure municipalium libe-
rarum I. R. G. et civitatum cum primu Wortu-
berge

~~1774~~ 4. Schmid, Franciscus Henricus: De hypothecarum
legum prerogativa

1774

1. Birkner, Paulus Jacobus: De ratione absurdae sententiae
de successione unilateralium cum ascendentes
retracta

2. Fuchler, Paulus Jacobus: De nominibus senatorum
Nuntiusgeris numerorum. (Vn. In. Genentien
des princeps Raths zu Nürnberg)

3. Zan, Johann Friedrich Pambis: De retracta
solutio in Germania







E 30. num. 33.

10

1767

Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAUGURALIS IVRIDICA
DE

**SUCCESSIONE CONIUGVM
WEISSENBVRGO-NORDGA-
VIENSIVM**

P. 408.

QVAM
DIVINA FAVENTE GRATIA
EX DECRETO
MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS
PRO
SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS
ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS
RITE OBTINENDIS
SOLENNI ET PVBLICAE DISQVISIONI
SVBMITTIT

A. D. XXII. MENS. IVNII A. R. S. MDCCLXVII.
GEORGIVS CHRISTOPHORVS ROTHIVS
WEISSENBVRGO - NORDGAVIENSIS.

ALTORFI NORICORVM
TYPIS IO. GEORGI MEYERI ACAD. TYPOGR.



DISSERTATIO IN AVOVA ALLE IVSITIA
DE
SUCCESSIONE CONJUGUM
WISSENBERG-NOBILITATIS
VITAE

IN AVOVA ALLE IVSITIA
EX DECRETO
MAGNIFICI IUSTORVM ORDINIS
PRO
SVMIS IN AVOVA ALLE HONORIBVS
ET PRAELEGIS DOCTORIBVS
SVMIS OBTINENDIS
SVMIS ET IUSTITIAE DOCTORIBVS
SVMIS
GEORGIVS CHRISTOPHORVS BOHNVS
VERISIMILIS NOBILITATIS

ACTORIS NOBILITATIS
IUSTITIAE DOCTORIS BOHNVS





§. I.



Inter diversas atque multas theses, quae se speciminis loco elaborandas animo sistebant, apud illam in statutis civitatis lib. imper. Weissenburgensis patriae meae carissimae inventam, quae de Successione coniugum in hac urbe vigente agit, substitimus. Primo enim praeclarissimorum illorum verborum Quinti Mucii in L. 2. §. 42. ff. de Orig. Iur. a Pomponio allegatorum, turpe esse ius, in quo versaretur, ignorare, recordati sumus, atque, ne et in nos quadrent, aut allegentur, evitare studuimus. Secundo hic statuti nostri locus omni attentione ideo praecipue dignus nobis visus est, quia aliquot abhinc annis magna super illius interpretatione orta est controversia, et causa non solum coram inelyto

A 2

huius

huius civitatis senatu, sed et coram Augustissimo Iudicio Caesareo - Imperiali Aulico magnis laborum impensis atque per multum tempus ventilata est, et non nisi ex moribus, consuetudine ac observantia decidi poterat. Paucis igitur in verba huius statuti inquirere, atque non solum ex iure communi, sed et ex moribus, consuetudine ac observantia, quantum in nobis est, clariora reddere non abs re esse iudicavimus.

§. II.

Recepto in Germania iure romano novum successionis genus, ut in genere ita et in specie inter coniuges, praeter illud ius successionis, quod ex communione bonorum apud germanos vir et uxor originarium habent, ortum est. Quamquam enim ius romanum ne in subsidium quidem ab initio erat receptum, iam eo tempore tamen et post receptionem suam subsidiariam, hae leges romanae plus valere, quam boni mores et consuetudines Germanorum, die wohlhergebrachte Sitten und Gewohnheiten der Deutschen, et his diversimode derogare coeperunt. Inde successu temporis etiam orta tanta, quantum novimus, differentia inter iura particularia statuum imperii, quae insuper aucta ex iuris romani, pandectarum, et novissimi discrepantia. Successio romana inter coniuges non semper unam eandemque formam habuit, et fere pro diversitate status romani publici etiam ordo succedendi variavit. Ab initio regni romani iura coniugum non multum a communione bonorum germanica et quidem plenaria differebant, uti et leges et historia nos docent. In legibus romanis uxor dicitur socia rei humanae atque divinae, domina sanctissima etc. etc.

L. I.

L. 1. ff. de R. N. L. 4. C. de crim. expil. hered. L. 1. ff. de act. rer. amot. atque Dionysius Halicarnassensis L. 2. p. 25. testatur, quod in Romuli et Numae lege, uxor, quae, ex sacris legibus convenisse in manum dicitur, particeps esse et Sacrorum et bonorum, et Dionysii verbis audit: Familiae domina aeque ac ipse vir, quae in eius defuncti bona, ut filia in patris heres succedebat; et, si sine liberis et intestatus obiisset, erat omnium bonorum relictorum domina; sin autem liberos habuisset, ex aequo cum liberis particeps erat. Praeprimis vero Columella de re rustica L. XII. praef. ubi de coniugum romanorum veterum societate agit, egregie atque magna praedicat emphasi: Erat olim summa reverentia cum concordia et diligentia mixta, flagrabatque mulier pulcherrima diligentiae aemulatione, studens negotii viri cura sua maiora et meliora reddere. Nihil conspiciebatur in domo diuiduum, nihil, quod aut maritus aut femina proprium esse iuris sui diceret. Perpendas modo haec verba, compares cum illis Taciti verbis in Libro de moribus Germanorum cap. xviii. Ne se mulier extra virtutum cogitationes extraque bellorum casus putet, ipsis incipientis matrimonii auspiciis admonetur, se venire laborum periculorumque sociam, idem in praelio passuram usuramque. Hoc iuncti boves, hoc data arma denuntiant. Videbis inde quam parum illa ab hac distet. uid. Spener de Usufr. marit. in bon. uxor. S. 1. §. 5. sqq. Ill. Ayser de iure connub. apud Roman.

§. III.

Deinde vero propter votum captandae mortis et ex maritorum arrogantia comitali leges latae virum et uxorem

uxorem invicem a successione excludebant, uti ordines succedendi angusti legibus XII. Tab. praescripti demonstrant, suos enim tantum et agnatos vocabant; atque uxor nihil praeter dotem ex bonis mariti repetere poterat. Tandem praetor eis per bonorum possessionem ex capite unde vir et uxor succurrebat, atque post agnatos et cognatos decimi gradus excluso fisco vocabat, quod edictum aequitate subnixum confirmarunt Impp. Theodos. et Valentin. L. unic. ff. unde vir et uxor. §. 4. Inst. de bonor. possess. Has constitutiones tandem in melius reformavit imperator Iustinianus, ut scilicet non uti olim liberis et cognatis postponantur, sed cum iis simul ex dd. constitutionibus vocentur, ita, ut si existent liberi tres vel pauciores, quartam omnium bonorum, si plures tribus portionem virilem habeant, *Sindestheil*, quando coniux praemoriens locuples, superstes vero laboret inopia iuxta Nov. 53. c. 6. Nov. 117. c. 5. et Auth. Praeterea C. h. t. Richter de success. ab intestat. Sect. IV. M. 1. n. 3. sqq. Quae constitutio cum ad uxorem tum ad virum pertinere videtur. Rationem enim diversitatis idoneam inter virum et uxorem reddi haud posse, optimo iure affirmat Bachov. ad Treutl. vol. 2. disp. 16. th. 6. Lit. D. et ratio, quare introducta fuit a Praetore successio coniugum, confirmata et ampliata ab Imperatoribus, aequae in maritum inopem ac uxorem quadrat, scilicet ne superstes mendicare teneatur in opprobrium defunctae uxoris, ex argum. L. 67. §. fin. Legat. 2. Schneidevvin. ad tit. Inst. de hered. quae ab intest. rubr. de success. inter V. et V. n. 14. ut taceam, quod vir et uxor iudicari debeant pares ex natura correlatorum.

c. 8.

c. 8. X. de divort. c. 2. X. de mut. petit. L. 3. c. de ind. vid. toll. Certe usualis interpretatio fori obstat opinioni Doctorum, quae eam solummodo ad uxorem restringunt. vid. Corn. van Eck de success. ab intestato iuris novissimi C. 35. Stryck de success. ab intest. Diss. 4. §. 42. Quis autem locuples, quis pauper dicendus, de his et huc pertinentibus vid. inter alios Hilfig. ad Donell. L. 9. c. 1. lit. o. Brunnemann ad Tit. C. unde vir et uxor. Gail. 2. obs. 80. et Struv in syn- tagm. I. C. Ex. 38. th. 30. Plura de successione conjugum iuris romani tam antiqui quam novi ac novissimi hic addere non est locus, nec instituti nostri ratio licet.

§. IV.

Ab hac successione modo dicta romana toto coelo differt illa successio germanica ex communionem bonorum conjugali descendens, vi cuius coniux superstes sine omni distinctione iuris romani, utrum superstes inopia laboraverit et defunctus locuples fuerit an non, ad successionem, ubi nulla pacta contraria exstant, admittitur, seu potius post mortem unius coniugis superstes fit dominus omnium bonorum conjugum solitarius. De moralitate communionis huius bonorum vix est dubitandum, aequitate enim atque prudentia est fundata. Est hoc ius statutarium vel consuetudinarium communionem bonorum inter coniuges introducens valde pium, iustum, aequum, honestum et humanum, coniuges sunt unum corpus et una caro, omnis vitae consortes, diuinae et humanae domus et iuris focii, nec non casuum fortuitorum omnium participes, sunt quoque rerum administratores et mutui negotiatores,

res, bonorum quorumvis veluti communium condomi-
ni et compoſſeſſores intimi, uti Io. Paul Krefſ in diſſ.
de aequitate ſucceſſionis coniugum pronunciat. Nihil
igitur ſocietati coniugali convenientius eſt communione
bonorum. vid. Glaſey in *Bernunft und Wölcker Recht*.
L. 2. c. 1. §. 258. et L. 5. c. 7. §. 26. Et quid efficit
ſeparatio? Proxima eſt occaſio frangendi fidem, amo-
rem atque concordiam, et ſeparatae bonorum rationes
haud raro ſeparant quoque ſtudia atque in diverſa diri-
gunt. Cui ſtatui vero haec communio bonorum magis
conveniat, monarchico, ariſtocratico aut democratico,
eſt quaefſio otioſa, quam Montefquieu dans l'eſprit de
loix L. 7. c. 16. proponit, verbis: La communauté
des biens entre le mari et la femme eſt très convenable
dans le gouvernement monarchique, parcequ'elle in-
tereſſe les femmes aux affaires domeſtiques et les rapelle
comme malgré elles au ſoin de leur maiſon. Elle l'eſt
moins dans la republique, où les femmes ont plus de
vertu. Elle ſeroit abſurde dans les etats deſpotiques,
où preſque toujours les femmes ſont elles meme une
partie de la propriété du maître.

§. V.

De Origine communionis bonorum coniugalis non
omnium Doctōrum una eademque eſt ſententia; alii
enim a primis germanorum primordiis deducunt, atque
ad fundandam ſuam ſententiam ad Taciti de moribus
germanorum C. XVIII. verba in Spho. III. allegata pro-
vocant, ut et ad locum Caefaris de bello Gallico L. 6.
Alii tempora antiquiora et incertiora mittunt, ſeque ad
illa tempora reſtringunt, quibus, quod antiquitus
con-

consuetudine magis quam lege scripta invaluit, litteris mandari coepit. Nobis haec placet docendi methodus, quia obscuriora rimando praesumptionibus ut plurimum terimur et implicamur. Inde licet aevum speculatoribus antecedens iam quaedam fide digna introductae communionis bonorum coniugalis testimonia suppeditet, tamen nobis hic sufficere videntur specula saxonicum atque suevicum. Illud L. 1. art. 31. statuit: *Mann und Weib haben nicht gezwieiet gut zu ihrem Leibe*, Hoc cap. 34. ait. *Stirbt einer Frauen ihr Mann; sie bleibt in des Mannes Guth ungetheilet mit ihren Kindern* et cap. 46. *Mann und Weib mügent nicht gehalten Guth gezwieiet*. Addi merentur paroemiae passim occurrentes, *Guth und Blut zusammen heyrathen*, *Leib an Leib*, *Guth an Guth setzen*, *Huth bey Schleyer*, *Schleyer bey Huth*, *längst Leib*, *längst Guth*, *der letzte macht die Thür zu*. Hodie in plurimis statutis atque constitutionibus provincialibus est confirmata haec communio bonorum, atque paucae dantur in Germania republicae, in quibus non vigeat floreatque. Immo ubi non in viridi est observantia et communio bonorum et successio coniugalis; ibi tamen per leges expressas eam abrogatam videmus, uti docent leges brunsvicensis. Rex quoque Borussiae in codice Fridericiano novissime abrogationem per pacta subditis suadet. Sed non solum in Germania, verum etiam extra eius fines et floret et floruit, praecipue apud illas gentes, quae originetenus germanicae fuerunt. De Francia Lynckerus in Diss. de acqui. coniug. attestatur; Hoc ius (scilicet communio bonorum coniugalis) inquit, in tota obtinet Francia. Antiquum sane est ac iam cum germanis in terras illas per-

B
venit,

venit, sicut Bignonius ostendit in notis ad II. Formulam Marculphi c. 17. p. m. 940. et de aliis regionibus vid. Mevius ad Ius Lubec. P. I. Tit 5. art. 5. n. 13. 14. Stryck de iure mariti in bona uxoris c. 1. §. 7. Loccenius in Antiquit. Sueo-Gothic. L. 2. c. 24. Würz de bon. conjug. et ill. et acqu. §. 6.

§. VI.

Quod ad Germaniam attinet, vix diiudicare audeo, an eorum sententia statuentium, in dubio pro communione bonorum indeque promanante successione coniugali esse pronuntiandum, plane sit reiicienda? Sunt enim quaedam statuta successioni romanae faventia, sed plurima pro communione bonorum statuunt. Exempla larga manu exhibent Ill. I. H. Boehmer. in diss. de commun. aeris alien. inter coniug. Hamburg. Christ. Goth. Hoffmann de commun. bonor. coniug. vera natura ac indole. Frid. Guil. Pestel in disquis. iur. germ. de coniug. successione ab intestato. Nic. Henellius de commun. bonor. inter coniug. in multis Silesiae locis recepta. Puffendorff. in Obs. iur. univers. Obs. LXXXVI. Heinr. Arnold Lange Abhandlung von der Gemeinschaft der Güther unter den teutschen Eheleuthen. Hauptst. 1. §. 5. per tot. Celeb. de Selchou in Elem. iur. Germ. §. 469. aliique. Sed mittimus reliquos imperii romano-germanici circulos, et tantum disquirendum putamus de statutis Suevicis et Franconicis. Vix ullum superest dubium ibi iam ab antiquissimis temporibus universaliter fere communionem bonorum obtinere vel obtinuisse, vid. Heinneccius in Elem. iur. Germ. P. 1. Lib. 12. p. 261-292. De tertis Suevicis vid. Wurtemberger Landrecht P. IV.

Jun 97

T. I.



T. I. Statuta Hallensia ex confirmat. Imperat. Maximil.
 I. d. a. 1489. apud Ludevig in Append. diss. de Success.
 coniug. p. 57. Stat. Vlm. P. I. Lib. 2. Nordling. Stat. 2.
 c. 7. quo perinent quoque Dunckelspul. Gemund. et
 Memmingenf. Statuta. De Franconia testantur Ius Pro-
 vinc. Francon. T. 104. §. II. Constit. Culmbac. T. VII.
 §. I. de Episcopat. Bamberg. Veracius in Consuetud.
 bamb. P. 2. qu. 1. sqq. Cramer in Wezlar. Nebenstun-
 den P. 38. p. 109. sq. Stat. Suenof S. 4. Lit. 54. Stat. Noric.
 Tit. 28. de Windshemio speciatim testatur causa Fische-
 riana ad Iudicia Imperialia summa deducta. De aliis
 vid. Consil. Tubingens. vol. VIII. Conf. 89. 91. 10. 6.
 et 107. Spener de Vsufr. marit. S. I. § 48. sqq. Schu-
 chard in diss. de successione coniugum ex universali bo-
 norum communione. § II. ut taceamus, quam prae-
 clara documenta ad eam probandam ex archivis atque
 actis iudicialibus desumi possent, si prolixitati esset stu-
 dendum. Interim tamen ea omnia superiorem sententi-
 am confirmant, hanc nempe communionem bonorum
 coniugalem et successionem coniugalem variare iuxta
 diversitatem statutorum, mox enim ampliata, mox li-
 mitata, nullibi vero plane sublata est per Franconiam,
 vid. Kohlii Tr. de Success. coniug. Rationem varietatis
 vero vid. apud I. H. Boehmerum in I. E. P. L. 4. T.
 20. §. 84.

§. VII.

Inter civitates in Franconia sitas eminent quoque ci-
 vitas Imperialis Weissenburgo - Nordgaviensis (Weis-
 senburg am Nordgau) patria mea carissima, in qua,
 uti ex statutis atque continua observantia, infra latius

exponenda, apparet, communio bonorum coniugalis cum successione coniugum plenaria viret vigetque. De historia atque fatis huius urbis differere expediret quidem, sed hoc labore in praesentia supersedere constituimus, ideoque alio loco et tempore, DEO adiuvante, ex instituto de hac materia agere nobis propositum est. Referimus nos interim ad ea, quae de illa scripserunt M. Io. Alex. Doederlein Rector Lycaei Weissenburgensis meritissimus in VIII. Programmat. ab anno 1712 usque 1734. editis, atque in scripto die Iubel Freude dicto. Moser in Reichstädtischen Handbuch, ut et in Staats-Recht Tom. 40. L. III. C. 188. §. 112 et 113. Rheinhardts Beiträge zur Historie Franckenlands theil. 3. N. 11. Paul Schaudig Historia nova seu praefens Weissenburgensis 4to Onold. 1711. qui tractatus tamen plurima historiae atque veritati contraria continet. Knipschild de Civitat. Imper. L. 3. cap. 57. aliique plures.

§. VIII.

Quod historiam statutorum attinet, extra dubium positum est, civitati Weissenburgensi facultatem ferendi leges iuxta Instr. P. W. art. 8. §. 4. competere. Est enim status imperii et desuper speciale ei collatum est privilegium iam anno 1316. vid. Mosers Handbuch von Befreyung von frembden Gerichten und von Recht eigene Gesetze und Ordnungen zu machen. Ipsa vero antiquitas iuris statutarii vix erui potest. Seculo XIV. statuta iam esse compilata apparet ex copia quadam anno 1699. die 5 Iunii emanata, cuius titulus est. Abdruck Köbl. Reichs, Stadt Weissenburg am Nordgau Aeltesten Fun-
damen-

damental-Gesetzes die Vereinigung beeder Räte. genannt
 J. A. 1372. Mit dessen Additional- Articuli und Aller-
 höchst Kayserl. Verordnung oder Kayserl. definitiv-De-
 cret. de 5 Junii 1699. Samt angehängter Canzley-Part
 Ordnung. in fol. Anno 1693. Oct. 10. in lucem editus
 est quoque recessus inter magistratum et cives conscri-
 ptus, cuius titulus est. Wahre Darstellung des zwischen
 einen löbl. Magistrat des Heil. Römischen Reichs Stadt
 Weissenburg am Nordgau und dessen getreuen Bürgerschaft,
 durch Begnadigung des Friedens: Fürsten Jesu Christi
 den 12 Oct. Anno 1693. von denen Kayserl. Hochanz-
 sehnlichen innen benamsten Herren Subdelegirten aufgerich-
 teten Recessus, So in 52 absonderlichen Puncten bestehet.
 Worbey der darauf vom 17 Oct. dieses 1693 Jahrs in et-
 lichmehre Puncten verfertigte Neben-Recess, Mit an-
 gehängt einer Verwahrung, daß der Impetrantisch, gewe-
 sen Bürgerschaft gethane Subscription ihnen von einigen
 Nachtheil nicht seyn sollte de dato 10 Oct. 1693. I. Cor.
 13. vers. 4. 5. 6. 7. Mit einem kurzen Inhalt aller hie-
 rinnen begriffenen Materien. Novissima editio statuto-
 rum est de anno 1739. sub titulo: des Heiligen Röm.
 Reichs: Freyen Stadt Weissenburg am Nordgau, Stat-
 tuten und Ordnung. Gedruckt durch Carl Meyer 1739.
 4to. Ex cuius inspectione satis apparet haec statuta
 partim ex iure antea non scripto, partim ex statutis prio-
 ribus diversae aetatis, partim ex iure germaniae publico
 esse compilata. Primo enim id apparet ex eo, quod in
 dispositione materiarum omnis systematica methodus de-
 sideratur, uti in plurimis eiusmodi consuetudinum ger-
 manicarum compilationibus semper moris fuit. Secundo
 praecipue diversa aetas cognosci potest e multarum in

statuto determinatione. In nonnullis enim mulctae secundum libras (nach Pfunden), in nonnullis secundum florenos determinantur. Iam vero nemo ignorat computationem secundum libras ex antiquissimis temporibus originem deducere, usque ad Seculum XVI. durasse et deinde computationi secundum florenos frequentiori locum cessisse. Tertio ostendunt quoque hanc diversam aetatem loci ex recessibus imperii atque circulorum desumpti, uti pluribus exemplis probari posset, si idem non ocularis inspectio iam satis doceret.

§. IX.

Inde si quaestio oriatur de interpretatione statutorum nostrorum, in aperto est; in explicandis illis ad antiquos mores atque consuetudines germanicas ante omnia esse recurrendum, uti et ad fontes statuti nostri reliquos, atque ius romanum, quippe rerum in statuto obviarum fere prorsus ignarum, quoad eius interpretationem, ne minimam quidem mereri considerationem. Ex historia enim legum germanicarum notum est, quod ad prohibendum, ne iure romano mores et consuetudines antiqui germanici, de quibus Tacitus de moribus germ. c. 19. scribit, eos plus valuisse, quam romae leges, prorsus extirparentur atque quasi in exilium mitterentur, eos in scripta redegisse, quo posteris reservertentur, quorum exemplum notissimum est communio bonorum atque successio coniugatis vid. Woelcker ad Refor. Nor. annotationes ad titul. 5. §. 2 et 53. et ibi allegati authores. Imo novissimis temporibus sententia eorum, qui nil nisi ius romanum amant et ex hoc statuta esse interpretanda somniant, ab omnibus fere ICtis in

raciones legum ipsas inquirentibus est explosa. vid. Io. Vlr. Cramer de recta statutorum interpretatione. Struben in Neben Stunden T. V. p. 31. sq. Engelbrecht de util. stud. iur. Germ. §. 95. Mevius Conf. 1. n. 67. Conf. 25. n. 14. Coeppen Lib. 1. Obf. 18. n. 5. Cyprianus Regnerus in dedicat. censuræ ad Instit. Spener de usufructu maritali in bonis uxoris. S. 1. §. 39. et alii quam plures, qui ex superiori interpretandorum statutorum regula multa corollaria deducunt et suppeditant, ad quorum ductum iam ad ipsam materiae de communiōe bonorum et successione coniugali dilucidationem nos accingimus.

§. X.

Locus statuti nostri primarius, ubi materia de successione coniugali tractatur, est in Tit. III. qui inscribitur. Vom Ehe, Verlöbniß und Hochzeit, Haltung in Spho XIV. usque ad Sphum XIX. inclusive, Edit, d. a. 1739. verbis sequentibus:

§. XIV. Und haben beede Rätthe gesehen, in Betrachtung ihres von Gott anbefohlenen Amtes, daß unter ander Gemeinen Stadt obliegenden Beschwerden, und waltenden Unrichtigkeiten, Verbitterungen, Unfreundschaft, schwehre Rechtfertigungen und andere unzehlige Ubel und Unheil daher erfolgt; daß so zwey Ehe-Gemächt nach dem zeitlichen Todt von einander sterben, und Kinder hinter sich, oder verdingte Heyrath hinterlassen, und das überbleibend Ehe-Gemächt sich (ehe und zuvor es sich anderwärts verheyrahet) mit den verlassenen Kindern, oder seines angestorbenen Ehe-Gemächts nächsten Mit-Erben und

und Befreunden, der Verlassenschaft und Billigkeit nach, nicht vereiniget, und vergleicht.

§. XV. Weil aber beeden Rätthen obliegen will, diesen Dingen, so viel an ihnen fürzukommen, und in ein Wichtigkeit zu bringen, so wollen und ordnen beide Rätth hiemit ernstlich, und unwiederufflich; ob sich über kurz oder lang begeben, und daß ein Ehe-Gemächt vor dem andern sterben würde, da dann verbingte Heyrath, oder Kinder anderer Ehe vorhanden, so soll desselben überbleibend Ehe-Gemächt Haab und Güther, liegende und fahrende, davon nichts ausgenommen, gleich alsbalben durch die von Raths wegen darzu Verordnete, neben unsern gemeinen Syndico inventiret, das Inventarium mundiret, einen Ersamen Rath fürgetragen werden, daraus ein Rath zu erlernen, wie und mit was tauglichen und von Rechtswegen dazu gehörigen Persohnen die Kinder und derselben Güther, so sie einige haben, bevormundet, und verwaltet werden mögen.

§. XVI. So ein solches geschehen, so soll das verlassene Ehe-Gemächt, so es zu der andern Ehe greiffen wolt, vor allen Dingen mit seiner Kinder verordneten Vormündern und Bluts, Freunden und auf eines Erbarn Raths Ratification, eine erbare, gleichmäßige Abtheilung, oder Vergleichen Väter, und Mütterlichen Erbes treffen und halten, alsdann die Vormünder über derselben anererbte Verlassenschaft ordentliche Inventaria machen, und dieselbe an ihr gebührend Ort antworten.

§. XVII. Damit aber auch Pupillen, Waisen, und andere, so etwas zu ererben, desto weniger übervortheilet und betrogen werden, so wollen beide Rätth, daß hinführo
alle

alle Inventaria und Erbschaften mit dem leiblichen Nid
betheuret werden sollen.

§. XVII. Bey welchem auch für gesehen und geordnet,
daß nun hinführo weder lediges Wittwen, oder Wittfrauen
Standes, Persohnen, was Würden und Standes die auch,
und so in gemeiner Stadt Bürgerrecht seyn mögen, oder
darein gekommen, und sich zu verheyrathen Vorhabens,
keineswegs gestattet, oder zugelassen werden solle, von der
Canzel verkünden, Hochzeit halten oder im Bürgerrecht woh-
nen zu lassen, es haben dann solche Persohnen ihre Heyrathliche
Abred, Kinder Vertrag, und Vergleichung Copey weiß einem
Ersamen Rath vorgelegt, und gebühliches Bescheids darüber
erwartet, alles bey Verlust des Bürgerrechts, und eines
Ersamen Raths Straff.

§. XIX. Jedoch weilen es bisshero für ein beständig
Gewohnheit und Gebrauch observirt, auch darauf erkannt
und erhalten worden, da nemlich zwey ledige Persohnen ihrer zeit-
lichen Güther halber ohne besondere Beding zusammen ges-
heyrahet, und hernach eines vor dem andern ohne ordent-
liches Geschäft und ohne Kinder und Eltern mit Todt ab-
gangen, daß alsdann ein Ehe Gemächt das andere geerbt,
und hingegen des verstorbenen Geschwisterig, oder andere
Befreunde davon ausgeschlossen: Als lassen es beede Rath
bey solchem alten Gebrauch, Gewohnheit, und Herkom-
men nochmahlen verbleiben.

§. XI.

His accedit locus in ita dicto Recessu de anno
1693. d. 12 Oct. fo. LI. qui im Kayserl. Definitiv-De-
cret

eret de anno 1699. d. 5. Iunii §. XLIII. iisdem fere ver-
bis repetitur:

Und demnach zum 51. der Kayserl. Subdelegations-
Commission Burgermeister und Rath allhier zu vernehmen
gegeben, daß sie nicht allerdings schlußig werden können,
wie es in denen Fällen, wann ein unter beeden Ehegatten,
das ist der Mann oder die Frau, mit Hinterlassung ehes-
licher Erbs. Erben absterbe, und der hinterbleibende Theil
ad secunda vota schreiten wolle, mit denen Kindern erster
Ehe zu halten, und was der vermittelte Theil dem andern
Mann oder Weib anheyrathen oder verlassen könne, und
dahero geziemend ansuchen lassen, ob die Kayserl. Subdele-
gations-Commission den Ausschlag geben möchte? Als
hat man nicht ermangelt, den Magistrat zu denen geschrie-
benen Rechten, und zwar in specie ad L. hac edictali. C.
de secund. nupt. zu verweisen, weil zu vernehmen gewesen,
daß in der Nachbarschaft vff diesen Kayserl. Gesetz auch
streif gehalten werde.

§. XII. Plures in utroque loco deciduntur casus, et primo
in §. XIV. Tit. III. statutorum proponitur ratio, quae
ad ferendam legem de successione coniugum occasionem
dedit, atque in eo ponitur, quia Senatus inclutus
Weissenburgensis animadvertit, Und haben beide Rath
gesehen, in Betrachtung ihres von Gott anbefohlenen Amts,
quod inter praecipua civitatis gravamina pertineat abu-
sus, negligentia atque iniustitia, quae in successione
coniugum quotidie committantur, et quod exinde ini-
micitiae, odium indelebile, lites aeternae, atque alia
in-

innumera mala oriantur, daß unter andern gemeiner Stadt obliegender Beschwerden und waltenden Unrichtigkeiten, Verbitterungen, Unfreundschaft, schwere Rechtfertigungen und andere unzehlige Ubel und Unheil daher erfolgt. Abusum vero maximus in duobus casibus inventus dicitur. Primus refertur casus, quo superstes coniux ad secundum matrimonium provolat, atque liberis ex priori matrimonio existentibus non prospicit, sed saepius eis maximum infert damnum. Daß so zwey Ehe: Gemächts nach dem zeitlichen Tod von einander sterben und Kinder hinter sich hinterlassen, und das überlebende Ehe: Gemächts (Ehe und zuvor es sich anderwärts verheyrahtet) mit den verlassenen Kindern der Verlassenschaft und Billigkeit nach, nicht vereiniget, und vergleicht. Secundus is dicitur casus, quod non nunquam quoque pacta dotalia adsunt, verdingte Heyrath, atque coniux superstes, antequam secundum matrimonium init, cum relictis agnatis praedefuncti coniugis, mit seines angestorbenen Ehe: Gemächts nächsten Mit: Erben und Befreunden, de his, quae in pactis dotalibus determinanda vel determinata, neque transigere, nec alio modo ea servare studet.

§. XIII.

Ad hunc igitur abusum omni observantiae atque consuetudini, dem wohlhergebrachten Stadt: Gebrauch, contrarium, tollendum et ad evitandas omnes lites, senatus placuit, per leges serio et irrevocabiler determinare, quid in casibus obvientibus observandum sit. Ita enim dicitur in §. XV. weil aber beeden Rätthen obliegen will, diesen Dingen, so viel an ihnen, vorzukommen und in ein Richtigkeit zu bringen, so wollen und ordnen beide

beede Käthe hiemit ernstlich und unwiederrufflich, ob sich
 über kurz oder lang begeben, und daß ein Ehe-Gemächt
 vor dem andern sterben würde &c. Quo animo legis fe-
 rendae demonstrato, continuatur in dicto §. XV. et duo
 proponuntur casus, equidem per se distincti, uno ta-
 men eodemque modo decisi. Primus casus est, si duae
 personae caelibes aut saltem sine liberis matrimonium
 pactitium, verdingte Heyrath, inierint, atque morte uni-
 us coniugis iam matrimonium dissolvatur. Vi huius con-
 stitutions in hoc casu statim post mortem coniugis in-
 ventarium super omnia bona confici, atque in eorum
 separatione pactis dotalibus strictissime insisti debet. Et
 hoc fiat, uti iubetur, sine respectu an liberi ex hoc
 matrimonio pactitio adsint, vel non. Secundus casus
 est, si in matrimonium per mortem alterius coniugis
 iam dissolutum, aut quilibet coniux, aut tantum unus
 ex illis, vel superstes, vel defunctus (in quem, ex ra-
 tione mox indicanda, in substrato textu praecipue respi-
 citur) ex matrimonio priori liberos adduxit. Et hic casus,
 uti iam dictum, unam eandemque decisionem cum primo
 habet, scilicet per modum inventarii in bona mobilia at-
 que immobilia, Haab und Güther, liegende und fahrende,
 nichts ausgenommen, inquiri atque liberorum utiliati,
 in quantum fieri potest, prospici debet.

§. XIV.

Ab initio hi duo casus in totum a se inuicem differ-
 re videntur, quamquam uno eodemque modo decidun-
 tur. Haec differentia vero, tantum modo ad parens et
 non vera est, quia uti subsequenticibus paragraphis XVI.
 XVII. huc anticipandum est, illud matrimonium, quod
 viduus

viduus et vidua, aut viduus seu vidua, atque persona caelebs et soluta, existentibus adhuc ex anteriori matrimonio liberis, inter se contrahunt, nullum aliud nisi saltem quoad partem pactitium esse aut fieri potest. Verba enim dicti §. XV. da dann beim Absterben des einen Ehe Gemächts verdingte Heyrath oder Kinder anderer Ehe, i. e. ex matrimonio defuncti anteriori, vorhanden, non denotant casum, quo coniux defunctus liberos cum superstite in matrimonio iam per mortem dissoluto procreatos reliquit, sed hunc indignant casum, quo coniux defunctus coniugi iam superstiti liberos ex anteriori matrimonio adduxit, i. e. ut in lingua vernacula dicitur, dem überlebenden Ehe Gemächt aus einer andern Ehe Kinder angeheyrathet hat. Et hic casus prae omnibus aliis, singulari atque expressa decissione per statutum dignus visus fuit, quin dirimatur, quia commodum pupillorum utroque iam parente privatorum in eo versatur, de quo non semper, uti quidem fieri deberet, superstes vitricus aut noverca curat.

§. XV.

Haec constitutio sapiens, perutilis et vi supremae tutelae facta etiam in aliis statutis atque constitutionibus provincialibus praecipue in Franconia reperitur. vid. ex. gr. Woelcker ad Reform. Noric. uti et collectiones legum provincialium Herbipolensium, Bambergensium, Culmbacensium et Onoldinarum. Adeo, ut in omnibus hisce statutis atque constitutionibus casus supra dicti, distinctim quidem proponantur, eodem tamen modo decidantur, et ita data a nobis huius §phi XV. explicatio, uti iam per se recta se habet, eo magis extra omne dubi-

um ponatur. Porro ex verbis dicti § XV. so soll desselben überbleibend Ehe Gemächt Haab und Güter, liegende und fahrende davon nichts ausgenommen, - - - inventirt werden. 2c. 2c. satis apparet, in civitate patria nullum fere matrimonium eo modo pactitium fieri, ut nihilominus communio bonorum conjugalis, quaenam, qualis, quanta ea tandem fuerit, restaret. Ceterum ex verbis, gleich alsbalden durch die von Rathswegen dazu Verordnete, neben unsern gemeinen Syndico inventiret, das Inventarium mundiret, einen Ersamen Rath fürgetragen werden, daraus ein Rath zu erlernen, wie und mit was tauglichen und von Rechtswegen darzu gehörigen Persohnen die Kinder und derselben Güther, so sie einige haben, bevormundet und verwaltet werden mögen, cognoscitur, per quas personas inventaria sint conficienda, et qua insigni cura magistratus commodo atque utilitati pupillorum invigilare soleat,

§. XVI.

In Spho XVI. tertius casus, qui circa successione coniugum ex communiione bonorum oriendam obvenire potest, enarratur et ita exponitur: quod si coniux superstes ad secundum matrimonium transire velit, atque ex priori matrimonio non pactitio liberi adsint, divisionem aequalem et iustam bonorum paternorum atque maternorum cum illis inire debeat. Eine erbare, gleichmäßige Abtheilung oder Vergleichung Väter, und Mütterlichen Erbes treffen und halten. Quid sub aequali divisione, einer gleichmäßigen Abtheilung, intelligendum sit, statutum nostrum tacet, atque in recessu de anno 1693. magistratus a Commissariis Caesareis Subdelegatis ad L. hac edictali. C. de secund. nupt. remittitur, cuius explanationem atque

atque an illa observetur dispositio hodiernum, vid. infra §. XXI. XXII. XXIII. Ex hac iniuncta divisione vero id notamus, viduum seu viduam ad secundum matrimonium eundem nullum aliud, nisi saltem quoad partem matrimonium pactitium verdingte Heyrath contrahere posse, uti in Spho XIV. iam dictum, et cum liberis suis non, uti in terris Herbipolensibus, totalem separationem inire debere. Ipsa praecipui materni vel paterni determinatio iniungitur sub poena, cum neque proclamationem locum habere, neque nuptias institui, neque iure ciuitatis in posterum frui posse binubum statuatur, antequam magistratui cum liberis transactionem den Kinder, Vertrag und Vergleich, in copia insinuasset, et petitam confirmationem, quae praevia causae cognitione concedenda, expectasset. Verba statuti nostri in Spho X. supra iam allegata in hoc a re clara sunt. Sicuti vero coniuges binubi procreatis ex priori matrimonio liberis per pacta dotalia, quae in statutis dicuntur eine Heyrathliche Abred, Kinder, Vertrag und Vergleichung, prospicere debent: ita et tutores his iisdem liberis dandi obligati sunt super bona pupillis ex dicta transactione proficiscentia, über die anererbte Verlassenschaft, inventarium conficere et magistratui exhibere, et eo tendunt verba statuti nostri und dieselbe i. e. inventaria an ihr gebührend Orth antworten.

§. XVII.
 Perspicitur ex his et ex usuali eorum interpretatione quotidianaque observantia, quod superstes coniux de omnibus bonis prioris matrimonii hucusque communibus regulariter et si speciales contrarium non suadeant graves causae, inventarium iudiciale conficere non obligetur,

getur, sed hoc tutoribus de rebus, quae liberis per transactionem addictae sunt, solummodo incumbat, quia alias ii inventarium conficiendi non opus haberent, sed eis tantum daretur scheda divisionis, ein Theilungs-Zettel, seu extractus inventarii iudicialis. Deinde manifestum est ex prioribus, quod quantitas praecipui determinata, quoad usumfructum apud superstitem parentem binubum remaneat usque ad eius mortem vel liberorum nuptias, aut ab iis coeptam separatam oeconomiam. Haec universalis et quotidiana observantia ac consuetudo in ipso statuto sat explicite probatur, hoc enim solum compositionem cum liberis, den Kinder-Vertrag, non autem extraditionem eius, quod liberis vi huius compositionis promissum est, parenti binubo imponit, atque tutoribus, uti quidem in supra laudato casu secundo factum, in hoc casu tertio administrationem bonorum liberis competentium non iubet. Sequitur inde, inventarium, quod tutores liberorum prioris matrimonii conficere debent, nihil aliud esse, nisi specificationem eorum, quae pupillis suis vi factae compositionis der Kinder-Vergleichung promissa seu determinata sunt, et in hos tutores constitutos non prorsus quadrare definitionem tutorum romanorum, sed eos potius defensores esse, quibus incumbit liberorum defendendorum damnum imminens praecavere, ex. gr. quando parens binubus incipiat bona sua dilapidare durante matrimonio secundo, et eiusmodi dilapidatione, aut alio modo, concursus creditorum ei imminet, utilitati liberorum, in quantum fieri potest, invigilare.

§. XVIII.

Fit tamen praeter statuti nostri scripti dispositionem, quod in secundorum votorum casu ex usu, et ut opinor,
ex

ex mera pietate, liberis prioris thori vestimenta patris praemortui vel matris praedefunctae et reliqua utensilia dotalia, vulgo *Ausfertigung*, semper addicantur, et licet pacta dotalia, *Kinder Vergleich*, de iis omni modo taceant, eorum pretium, vel per subhastationem, eliciendum, vel praevia taxatione a parente binubo praestandum, atque tutoribus una cum peculio administrandum sit, ita, ut et fructus eius non parenti, sed ipsis liberis addicantur, et quidem hac distinctione, ut et in secundi voti casu observetur, quod superstite coniuge in viduitate permanente iuris Weissenburgici est, filias nempe a filiis in acquirendis vestimentis paternis, et filios a filiabus in maternis excludi. Quod utensilia opificaria, vulgo *den Hand-Werks Zeug*, attinet, quamplurimum filio artem seu opificium patris exercenti a parente superstite gratis aut saltem pro exiguo pretio, nisi aliud potest, ea ad bona communia esse referenda.

§. XIX.

Summa §phi XVII. eo redit, quod omnia inventaria, praecipue quando hereditates pupillis deferuntur, iuramento confirmare debeant. Hic §phus §pho XVI. et XVIII. qui connectuntur et ab interprete iuridico in una serie considerandi sunt, intercalatus est; consequenter ex reliquis locis addiscendum est iuxta interpretationem rationabilem, quo loco hic §phus tanquam lex fugitiva proprie referri debeat. Nostra quidem opinione, salvis tamen iudiciis melioribus, ex tota patet connexionem, illum ad §phum XV. et quidem ad eius casum secundum pertinere, ibi enim proprie materia de pupillis et quidem

D.

patre

patre et matre orbatis tractatur, quorum commodum iuxta regulas iusti et aequi omnino iuramentum tale requirit. Et hoc praecipue exinde confirmatur, quod parentes nullo modo et iure a liberis ad iuramentum cogi possint, et semper pro illis strictissima amoris et pietatis praesumptio militet; quae praesumptio nullo alio modo nisi per eximiam malitiam sufficientissime probatam elidi potest. Quia igitur in §pho XVI. et XVIII. solummodo de parentibus germanis sermo est, et solummodo casus secundus §phi XV. pupillos pro obiecto habet, quorum vitricus et noverca eiusmodi bonitatis praesumptionem pro se haud habent; inde negari non potest, hunc §phum XVII. ad nullum alium locum, nisi ad §phum XV. et quidem ad eius casum secundum referri posse. Sed notandum est, hodie forum hocce iuramento haud uti; forte quoque in usum numquam est deductum, nisi ponas, tutores sub initio officii sacramento obstringi.

§. XX.

§phus XIX. claudit materiam de successione coniugali in statutis nostris ordinatam, atque disponit, quando matrimonium non pactitium, eine ohne besonderes Beding errichtete oder versammte Heyrath, morte unius coniugis dissolvitur ac neque speciale pactum successorium, ein ordentlich Geschäft, id est testamentum, nec liberi ex eo matrimonio procreati, nec parentes adsunt, defuncti coniugis fratres, sorores alique collaterales ab hereditate a superstite coniuge excludi, et quidem, quia per mores et consuetudines in republica Weissenburgica ita receptum est, et ibi ius romanum, uti iam dictum est, non attenditur. Hic vero quaestio oritur, an verbum Eltern etiam

etiam ad avum et aviam et ad altiores ascendentes extendendum sit? Omnes fere Icti hic in unam eandemque sententiam abeunt, et sicuti appellatione filii nepotes neptesque in L. 20. ff. de V. S. intelliguntur, ita etiam appellatione parentis, germanico idiomate Eltern, non tantum pater, sed etiam avus et proavus et deinceps omnes superiores continentur, imo etiam et mater et avia et proavia. vid. L. 51. et 201. ff. de V. S. Nov. 118. c. 1. 2. vid. Grollmann de separatione Liberorum c. 2. § 13. Quum vero nulla adsit valida ratio, quare nos hac interpretatione in statutis aequitati naturali omnino conveniente abstineamus, iure meritoque ei adsentire possumus. Reliqua huius §phi verba clara sunt, et inde nulla explicatione aut interpretatione indigent.

§. XXI.

Praeter id, quod iam in statutis nostris de successione coniugali ordinatum est, specialis lex adhuc est in Recessu de anno 1693. §. LI. atque in dem Kayserl. Definitiv - Decret de anno 1699. §. XLIII, quae §pho XI. iam inserta. Ex cuius summa clarum est, eam proprie ad §phum XVI. statuti referendam esse. Iam vero quaeritur, quomodo hic §phus sit intelligendus? Nullum est dubium, quin ibi duplex dispositio L. 7. C. de sec. nupt. proponatur. Prima est, quod parenti binubo non sit licitum novercae vel vitrico ullo titulo plus relinquere, quam filio seu filiae, quorum appellatione et nepotes neptesque genitorem suum repraesentando veniunt L. 84. et 220. de V. S. si unus vel una existiterit, quo nostra opinione pertinet quaestio dicti §phi LI. Was der verwittibte Theil dem andern Mann oder

oder Weib anheyrathen oder verlassen könne, et exinde simul clariora redduntur verba §. XVI. statutorum, ubi dicitur, das Ehe-Gemächt, so zur andern Ehe schreiten wollte, solle eine erbare, gleichmäßige Abtheilung treffen und halten: (vid. §. XVI.) id est nimis praeiudicare non debet liberis prioris matrimonii vel per testamentum vel sine scriptura, seu codicillis hereditatis iure sive legati sive fideicommissi titulo, nec dotis aut ante nuptias donationis nomine seu m. c. habita donatione, nec inter vivos conscribendis donationibus.

§. XXII.

Ex usu et observantia patriae civitatis iam quoque notandum, quod regulariter et nisi aliud specialiter cautum fuerit, a coniugis ad secunda vota transeuntis arbitrio per consensum cognatorum praemortui munito dependeat, quid, quale, quantum, et quibus conditionibus liberi prioris matrimonii in casum mortis parentis binubi vel separatae eorum oeconomiae accipiant; nec coniux binubus obligatur praecipui loco illata defuncti coniugis bona omnia liberis assignare, sed aliquam eorum partem sibi ipsi una cum omni aquaestu habere possit.

§. XXIII.

